# Actus apostolorum

C Quid vult seminiuerbi⁹ hic dicere? Alij
vero: nouorum demoniorum videtur annuncia-
tor esse: quia iesum et resurrectionem annūcia-
bat eis. Et apprehensum eū ad ariopagum
duxerunt dicentes: Possum⁹ scire que est hec
noua que a te dicitur doctrina? Noua enim
quedam infers auribus nostris. Volumus ergo
scire quid nam velint hec esse. Athenienses
autem omnes et aduene hospites ad nihil aliud
vacabant: nisi aut dicere aut audire ali-
quid noui. Stans autem paulus in medio
ariopagi ait: Viri athenienses per omnia quasi
superstitiosos vos video. Preteriens enim
et videns simulacra vestra: inueni et aram
in qua scriptum erat: Ignoto deo. Quod
ergo ignorantes colitis: hoc ego annuncio
vobis. Deus qui fecit mundum et omnia que in eo
sunt: hic celi et terre cum sit dominus nō in ma-
nufactis templis habitat: nec manibus hu-
manis colitur indigens aliquo: cum ipse det om-
nibus vitam et inspirationem et omnia: fecitque
ex vno omne genus hominum inhabitare super
vniuersam faciem terre: definiens statuta
tempora, et terminos habitationis eorum quere-
re deū si forte attrectent eum aut inueniant:
quamuis nō longe sit ab vnoquoque nostrū.
D In ipso enim viuim⁹ et mouemur et sum⁹. sic
et quidam vestrorum poetarum dixerunt. Ipsius enim
et gen⁹ sum⁹. Gen⁹ ergo cum simus dei non
debemus estimare auro et argento aut la-
pidi sculpture artis et cogitationis hominis
diuinum esse simile. Et tempora quidem hui⁹
ignorantie despiciens de⁹: nunc annun-
ciat hominibus vt omnes vbique penitentiam agant eo quod
statuit diem in quo iudicaturus est orbem in
equitate in viro in quo statuit fidem prebens om-
nibus: suscitans eū a mortuis. Cum audissent
autem resurrectionem mortuorum: quidam quidem
irridebant: quidam vero dixerunt. Audiam⁹ te
de hoc iterum. Sic paulus exiuit de medio eo-
rum. Quidam vero viri adherentes ei credi-
derunt: in quibus et dionysi⁹ ariopagita et
mulier nomine damaris et alij cum eis.

P Ost hec egressus ab XVIII
athenis venit corinthum et inue-
niens quendam iudeum nomine aquilam
ponticum genere qui nuper venerat ab italia
et priscillam vxorem ei⁹: eo quod precepisset claudi⁹
discedere omnes iudeos a roma. accessit ad
eos: et quia eiusdem erat artis. manebat
apud eos: et operabatur. Erant autem sce-
nofactorie artis. Et disputabat in syna- s.6.c.
goga per omne sabbatum. interponens nomen
domini iesu: suadebatque iudeis et grecis. Cum
venissent autem de macedonia sylas et timo-
theus: instabat verbo paul⁹ testificans iu-
deis esse christum iesum. Contradicentibus
autem eis et blasphemantibus. excutiens ve-
stimenta sua Dixit ad eos: Sanguis ve-
ster super caput vestrū. Mundus ego ex B
hoc ad gentes vadam. Et migrans inde intra-
uit in domum cuiusdam nomine titi iusti colentis
deum: cuius dom⁹ erat coniuncta synago-
ge. Crispus autem archisynagog⁹ credidit
domino cum omni domo sua et multi corinthio-
rum audientes credebant et baptiçabantur.
Dixit autem dominus nocte per visionem paulo.
Noli timere: sed loquere et ne taceas. Pro-
pter quod ego sum tecum: et nemo apponetur tibi
vt noceat te: quoniam populus est mihi mult⁹ in hac
ciuitate. Sedit autem ibi annum et sex menses:
docens apud eos verbum dei. Gallione autem
proconsule achaie: insurrexerunt vno animo
iudei in paulum: et adduxerunt eū ad tribu-
nal dicentes: quia contra legem hic persuadet ho-
minibus colere deum. Incipiente autem paulo
aperire os. dixit gallio ad iudeos. Si qui-
dem esset iniquum aliquid aut facin⁹ pessi-
mum o viri iudei. recte vos sustinerem: si ve-
ro questiones sunt de verbo et nominibus legis ve-
stre: vosipsi videritis. Iudex ego horum
nolo esse Et minauit eos a tribunali. Ap- C
prehendentes autem omnes sosthenem principem
synagoge percutiebant eum ante tribunal:
et nihil eorum gallioni cure erat. Paulus
vero cum adhuc sustinuisset dies multos:
fratribus valefaciens nauigauit in syriam.
et cum eo priscilla et aquila: qui sibi toton-
derat in cenchris caput. Habebat enim
votum. Deuenitque ephesum. et illos ibi re-
liquit. Ipse vero ingressus synagogam
disputabat cum iudeis. Rogantib⁹ au-
tem eis vt ampliori tempore maneret: nō
consensit. sed valefaciens et dicens: iterum

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-104/1021
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG